

Universitätsbibliothek Paderborn

Exhortationes|| Ad|| Religiosos

Dirckinck, Johann Coloniæ Agrippinæ, 1704

Reg. 14.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51834

DE TENTATIONIBUS.

auum, non adeò gravium, delatione, apud Pralides, nequaquam vos purgate. Atqueita intimam animi demif-

nodm

cè non

recirati

actor.

15 , 15

rilitatu , ob.

viliag. omnun-

autini. integu-

im.ug

ocenter guntus, ele im-5 que ndúm-

ggredi-tre im-igerit,

quinis cum onlide-

petite. quám-

jufino-es vin-

animo

oini ac mentis

œleltia et, ut

tatem

lis igirepte.

abores m obicatin

COTTO-

corroganda, alacriter parete, vestimen- sionem, solidam patientiam ac-mantaderitacum gaudio gestate, in dese-suum, non adeò gravium, delatione, promissa humilibus pramia cælestia reportabitis.

REGULA XIV. DE TENTATIONIBUS.

EXHORTATIO IN EANDEM.

Declarat Naturam, causam, & varietatem tentationum.

THEM A. Fili accedens ad servitutem Dei , sla in justitia & timore, & prapara animam tuam ad tentationem. Eccli.2. I. VEL:

Antevertere oportet tentationes, adhibitis earum contrariis. Reg. 14.

Stam hominis univer- tentationem. Curnam verò Dei fervifam, cujuscunque de- tium auspicantem infestior molestat mum conditionis aut tentatio? In promptu caufa eft : & quistatus, ex Jobi sen- dem princeps: quia Deifamulatum ade septuaginta In- quare is indignans sedominio hominis terpretum expositione , tentationem istius & jure herili privari, eum ut serellesuper terram, neminem vestrum vum fugitivum persequitur, atque ad sugit. Verum id vel maxime in vitam castra, jus & Dominum suum reducere religosam, in primis autem Tyronum, satagit. Ita eleganter S. Isidorus L. 3. cadit : Unde illos cauté ac sapienter de summo bono c. 5. Quia, inquit, Diapramonet Sapientifimus Jeius Fi- bolus in Sandis intrinsecus non regnat, con-lus Sirach I. c. Fili accedeus ad servitutem tra eos extrinsecus pugnat : & qui intrin-Dei,flain justicia & timore, inftar rupis fecus amiste dominium, extrinsceus com-inconcula, & prepara animam quam ad movet bellum. Causa altera est, quia in faculo



faculo degentibus, vitia, & concupifcentiz innarz, & indulgentia vita priorisauctæ spiritui dominabantur; nunc verò in vitam novam auspicantibus, Spiritus fese opponit, bellumque ciet; & dum premuntur, acriùs exurgunt, & caput exerunt instar aspidis. Ut rectè observavit V enerabilis Beda in Proverbiis: Ante conversionem, ait, pracedit turba peccatorum; p st conversionem sequirur turba tentationum : amor enim faculi, contemptus est Dei, & vicisim amor Dei con-temptus est sauli. Tertia denique ratio accedit : quia Deus lege aternà fanxit, ut famuli, filii & milites fui , tanquam athleta & pugiles adversis probentur, & exerceantur; exercitati corroborentur, corroborati perficiantur: telte Salomone Sap. 3. Quoniam Deus tentavie cos, & invêntt illes dignos se, tanquam sarum in fornace probaviteos.

Cum itaque ad certamen jugiter nos stare succinctos, paratósque oporteat contra tentaciones: earum naturam, causas & varietatem juverit investigare, ut contra easdem nos armare noverimus.

Notandum praviè, non loqui nos hoc loci de tentationibus, quibus nonnunquam Divinæ Bonitati electos suos
probare Inbet, quemadmodum tentavit Abrahamum Patriarcham, ut filium suingenitum Uaacum immolaret:
hæc enim probatio non in malum, sed
bonum sinem à Deo ordinata suit: verum de tentationibus propriè acceptis,
quæ in sinem prayum excitantur, atque
ex parte tentatoris, ad nos in slagitium
pertrahendos, diriguntur. His præmislis; quæritur

I. Quid est tentatio ? Respondent quod fit Impugnatio à Diabolo , Manh, Carne, aliave quavis creatura provenim qua bomo ad malum allicitur. Ex quol. quet tentationem , quantumvis ide normia scelera impetuose alliciat, inpellátque, peccatum haud esse, m confensus voluntatis accesserit; inip fum peccatum, quod fuggeritur, au faltem in delectationem ; fedelleme. ram incitationem in peccatum, motumque primoprimum, ut vocant, and omnem mentis considerationem , fer rectærationis advertentiam, infingen tem ; qui diligentià ordinaria praveni nequeat. Declarat id D. August Lu, Trinitate, & D. Thomas 1.2.9.7424 afferens in omni tentatione reperi quaterna illa, quæ inprima protoplalis rum parentum nostrorum tentarine cernuntur: videlicet, lignum pulcbraun Su,inescans, serpentem suggerentem, made rem audientem, & virum comedentem Lig. num inefcans est bonum quodpiamit porale quod allicit. Serpens suggerend Diabolus, qui vel per fe, vel per mondi, vel perCarnem, aliamve creaturam, ogitationes illicitas ingerit, & deliden prava excitat. Mulser audiens elt fenlislitas, aut concupifcentia, que velopu ipfum, vel prafentem delectationeable que opere appetit. Vir comedentat comedere renuens, est Ratio, feurito nalis Voluntas, que illos fenfualitati motus, aut admititit, aut respuit:ubia vertas velim, nondû peccatû elle inpr mo 2do & 3tio, sed duntaxat in quant

Ex quibus clare fatis, quid tente tio fit, perspicitis, que cogniss omnino est necessaria, Deinde cernis,

08200

mariin bono, stabiliri gratia, soli- num laqueis olim vidit & ingemuit dariintimore Dei, alissque virtuti; magnus Antonius. bus, ut virili pectore constanter refifat temationibus, vincatur nunquam, iat, in n. n. le . nú Course II. Caufa efficiens tentationum ad

ondent

Munta, renien,

x quoli-

5 inip- unorth Ur 3 ant

effeme.

H , 1710-

ant, and

m , for

nfurgen-orævenin

L 12,00

1.74 2.1

repeni toplalia

ntations

brun ri

o, mair

tem.Lig-

pram to-

munes

stam,co-delidetu

it fentua

vel opu

dens, ve

eumie

malitati

cubial-

Te in pri

quarta

d tenta

cognitit cerning

malum nos allicientium & inclinantium, in facrarum literarum monumentisquadruplex aditruitur.

1. Prima ac principalis est Diabolus, qui, ut S. Petrus Epift. 1.c. , innuit, Tanquam leo rugiens circuit, quarens quem devoret. Is enim ceu tenebrarum Princeps ac rector reliquis tanquam fatellitibus fuis, scilicet mundi verfunis, carnis blanditiis , creaturarum reliquarum illecebris, ad nos impugnandos, illaqueandos, & profternendos abutirur : quemadmodum S. Ignatius in aureo exercitiorum libro, inmeditatione de duobus vexillis graphice depingit. Quomodo nimirum Lucifer damones innumeros per orbemuniversum spargat ad nocendum, nullis civitaribus & locis, nullis perfonarum generibus, immunibus reli-Ais. Quomodo eos instiget, ut injectis laqueis & catenis, homines primum pertrahant ad cupiditatem divitiarum, inde in mundani honorisambirathrum pracipitent.

tefte S. Joanne Epift 1. c. 5. Toensoft in maligno posiens. Mundi autem nomine, homines mundanos acperverfos Reges quoque & Principes, Judices, seductores, Socios pravos, viros,

quanti momenti sit, voluntatem fir- humanis intelligimus. Quemideo ple-

3. Tertia caufa est Caro seu homo vetus, cum omnibus viriis & concupiscentiis suis, cujus assiduas impug-nationes præsentiscens. Apostolus exclamare non dubitavit. Rom. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentismea, & captivantem me in loge peccari. Id est video concupifcentiam in membris meis ; qua concupiscentia est quasi lex peccati, quia est fomes ad peccatum follicitans, peccatum dictans, & singgerens, & capti-var me in seipsa. Repugnantem, id est rebellantem legi mentis mex, & contra eam militantem : & captivantem me in lege peccaei : non voluntaris consensione, ut vult S. Chrysostomus, fed ut exponit S. Augustinus, commotione: ut scilicet captivus reddar & subjiciar legi peccati id estconcupiscetia: itaut etiam invitus, ejus vitiofas inclinationes, dictamina & impulsus sentire cogar, ejusque laqueos ac motus evadere nequeam. Quare Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus ? l.c. ¥.24 Id est à corpore moribudo, & peccadi affectibo, ac protionem, atque ex hac in superbixba- inde morti & corruptioni obnoxio?

4. Quarta causa est congeries om-2. Altera causa est Mundus, qui nium creaturarum vel pulchritudine, vel delectabilitate, vel commoditate fua vel alia quavis fucata boni ratione incautos illaqueantium, atque ad contemptum, vel faltem ad neglectum veri aterni & infiniti boni pellicientium ces, seductores, Socios pravos, viros, materin et miniti bom penetra c. 14. Crea-feminas, una cum omnibus terricula-mentis, blandimentis, acrespectibus tara Dei in odium fasta sunt, & in P p



tentationem animabas hominum, & in culta. rentationesaperta funt, quant muscipulam pedibus insipientium

falutis ac perfectionis nostra hostes funt, qui nos diu no cuque impugnant, femper eingunt, nec unquam deferunt. Neque fuis carent instrumentis & armis, videlicet fenfibus corporis, appetitu concupiscibili & irascibili, cum reliquis anima rationalis potentiis. Et quidemCacodamon mille utitur fraudibus, præftigiis, fuggestionibus, impulfionibus . ad omne genus flagitiornm, contra Deum, contra proximum, contra nofmeripfos. Mundus speciosis opum, honorum, & respectaum humanorum umbris, fucatis impostorum lenociniis, ac pravis perverforum exemplis. Caro imaginariis omnigenarum voluptatum, comessationum, recreationum, libidinum & commoditatum fuperfluarum repræsentationibus.Reliquæ demum creaturæ sua specie & pulchritudine, fus pretiofitate, fuavirate & amabilitate, nec non innumeris propè pravorum defideriorum illecebris, & irritamentis ad omnis generis crimina alliciunt, inescant, arqueillaqueant.

Cum iraque tot hostes capitales in nosinfurgant, armifo; tam variis nos impetant, videmus profectò, quantà armorum spiritualium panoplia nobis opus fit, quantăque cură, vigilantiă & industria, ne superemur, ac in tentatio-nu laqueos inducamur & involvamur.

III. Perpendimus tentationis naturam ac caufas,nunc quoque ejus multi. plicitatem dispiciamus; nam tentationes varia funti alia aperta, alia oc-

làm & veluti aperto marte nos adors Hi igitur quadruplices infentifimi ountur; exque funt quadruplices, nie rum repentinz, violentz, imponus & perplexa.

1. Repenting tentariones funt, que ex improvifo irruentes mentisconi derationem pravenient, in quancauti crebrò impingunt & faciletos. fentiunt, dicentes cum Threnographe Velociores fuerunt persecutores nofina quilis cali, thren. 4. Qua celerrimo inperuin prædam involant : fic nonme. quam tentatio fubita, fulminis infin. hominem totum pervadit,

2. Violentafunt ; quæ eå violentil. imperuque irruunt, ur eis abiq; abondantiffima gratia nequeat refitti. Tala fuêre tentationes Martyrum; quiun Apostolo dicere poterant 2. Commi 1. Supra modum gravati fumus, fuju vertutem. Ejusinodi quoque rentationes funt blasphemia, del perationis, fuperbia, ambitionis, fornications & fimiles, à Diabolo modo quedames. traordinario concitata, cum tam vivaciter , tamque repente imagination fædas, blafphemas, aliáfve horrenda species objicit; ut agre anima ma confenterit, discernat : quaideo vonri folent spiritus blatphemia, spinta fornicationis, spiritus superbia, iqui bus proinde in litantis liberari pe-

3. Importune funt , qua femelte pulfæ, inftar mufcarum rejectarum identidem redeunt : qualicetprint vice nos minime profternant, fapius tamen recurrentes vacillare faciont; & non rard in ruinam trahunt, fimi-

Varietas tentatio-

bus. Ejulmodi funt cogitationes blafphema, futpiciones temeraria, diftrachones & fimiles ; que non quidem impetuose nos obruunt ; fed molesta illarecurfatione fatigant, & nonnunquam dejiciunt.

4. Perp'exe funt, que codem tempote, variis oppositisque vitiis men-temimpetunt & veluti navem ventis contrariis agitatam obruere tentant: at dicere cum Gentium Doctore cogamur z. Corinth. 7. Foris pugna, inmitimores. Atque ha funt tentationes

apertie.

quarte adors

es nimi

pontut

int, que

tis confi-

quarin-

grapha nofria

imo m.

ionnut-

s influ

olentil.

is abou

Hi. Tales

quicus

Corinth,

entatio-

ationis,

ionis &

damez.

m vivi-

marioni

rreada

a 2008

0 1001-

piritus , à qui-

ari pe-

melre-

ctarum

primi

Expire

cient; fimiVerum humanz gentis hostis calli-distinus, ubi aperta vi, nihil advertus pias mentes assequitur, dolis, cunicudis, multis commotionibus agitat, & artibus subtiliffimis petit. Harum verooccultarum,& fraudulentarum tenrationum diverfæ quoque funt species, quas ad ternas hasce reducimus.

1. Species prima est earum, quæ sub specie boni ampledendum malum, vel sub specie mali, bonum fugiendum fusdent : quod D. Paulus innuit, 2. Corinth 11. dum ait : Sathanam folere se transformare in Angelum lucis. Sictentator sub Specie talenti exercendi suadet ambitionem, sub specie zeli contemptum majorum ; sub specie majoris perfectionis in alio statu, inconstantiam in vocatione.

2. Altera species tentationum occultarum, continet eas,quæ priùs ocu-los mentis excœcant, aut appetitum vehemeutia paffionum & illecebra-

Mequesant guttis, lapides excavanti- manifesta flagitia que non videntur, vel non apprehenduntur, pelliciunt. Sie Judas ante cœcus, postea apenuit oculos, dicens : Peccavi tradens fanguinem justum.

3. Adtertiam (peciem pertinent ex, qua fubinde ad tempus nos oppugnare cellant, ut incautos, & quali jam fecuros ex improvito opprimant ; inftar vulpecularum, quæ se mortuas simulant, ut gallinas propins accedentes, fibique nihil metuentes, capiant.

En, Chariflimi, quam varii, quam multi, quam potentes & callidi funt adverfarii nostri, tam externi, quam intestini! quanto numero & impetu, castrum animarum nostrarum impugnant!quam variis machinis & artibus occulte & aperte nos invadunt! quam sedulò proinde nobis omni ex parte vigilandum, ne ullus ufpiam hostili incursui aditus aperiatur! quam sollicite monitum Spiritus Sancti aufculrandum est : Omni custodià ferva cor tuum, quia ex ipso vita procedit? Prov. 4. prafertim cum athleta spirituali, tota vita & continue cem iis fit dimicaudu, neciperanda, dum ipiramus, ab hac colluctatione respiratio; multo minus fecuritas?ô quis cum S. Antonio non exclamet: Domine quistot laqueos evadee? Quis tyronum non expallef-cat, fi plures criam veteranos milites, imo heroes, post reportatos ab hostibus triumphos, turpiter taudem irretitos, captos, vulneratos ac proftratos fuccubuiffe recogitet? verum abfit, ut ideo quis hanc Justam detrecter, animumque despondeat ; quisquis non rum seufnalium inquierant; deinde in suiribus confidit; sed ejus, qui ait: Pp 2 Confide-



Confidite, ego viei mundum. Joan. 16. mediis, ac præfertim prædifto, tem-Quin porius certa cum fiducia sperer, se protectionis Divina clypeo munitum, facile omnes hoftium infidias, incurfulq; propulfaturum; modò idoneis

tiones antevertendi, & contrariis repellendi constanter adhibendis, cooperari volucrit.

#國際中中國衛門中國國際中央國際中工大學國際中國第一中國國際中國國際中國國際

EXHORTATIO IN REGULAM EANDEM,

Docet tentationes contrariis vincendas.

THEM A.

Prapara animam tuam ad tentationem. Eccli. c, 2.

VEL

Antevertere oportet tentationes, adhibitis carum contrariis, Reg. 14.



nis, fanctorumqueParrum voluminibus adversus tenta. tiones antido-

ta foggeruntur: cujusmodi sunt. oratio, jejunium, diffidentia sui, fiducia in Deum, vigilantia, fenfuum custodia, occasionum fuga, proferiptio etii, manifestatio sui coram Pralatis; qua omnia contra tentationes arma perquam essicacia meritò reputantur ; verum hifce in prafenti dimiffis , unicum duntaxat alexipharmacum àS Ignatio in Reg. 14 foggestum, exponendum fumemus.

Ultiplicia in Anteversere, inquit, oportet temation eloquiis divi- adhibitis earum contrariis.

Quando Medici aphorifmum fum vulgarem proferunt : Contratia con trariis curantur. Sensu duplici intelligi quennt: nimirum vel de febriph feu morbo, vel de paroxy imo febrili, In utroque autem dictus aphorismu locum reperire cernitur: primoenim febris calida anteverrirur & paulium curatur contrariis, dum adhibentu frigida : deiude ipse quoque sebit assums se paroxysmus herbarum se lubrium fucco, aut tenui petu, fimilibufque reprimitur, & levamen fentrur. Non diffimili ratione in morborum spiritualium cura procedendum fuggerit S. Ignatius, five de ipfo vitio

de ejus paroxysmo loquamur. Ex menteS. Ambrofit L. 4. in Lucam c. 4. Febrisnoftra avaritiaest, febrisnostra libido est, febris nostra luxuria est, febris nofraambicio est, febris nostra iracuntagt. Tam autem febris hac, quam eias paroxyimus & actualis tentatio, contrariis eit su peranda, Qua verò id methodo practice per-

, tenta.

utra-

學

II.

2.

071-

rations

n foun

ria con-

i intel-

bri ipfa

febrili,

prifmus

ò enim

alatin

bentu

febris

um fi-

fimili-

fenti-

norbo-

endum

o vitio

er

agendam fit , exhortatione prafente

declarabimus. I Primo quidem intendit ac vult S. Patriarcha noster , morbos ipsos, idelt pravas inclinaciones, passiones, tvitis, contrariis armis oppugnanda: moxenim, tanquam regulæ exemplumattexic: Uteum quis animadver-

titur ad superbiam esse propensus a se sie dealis pravis anima propensionibus. Reg. 14 Si igitur quis ad superbia vitium propendere fe fentiat : exerceria inquit, is debet in rebus abjectioribus, qua adbumiliandum ip sum utiles futu-12 videntur. Exerceri deber non femel, iterumve, fed fapius & identidem; neque enim arbor annofa ictu uno concidit. Et yeluti lima ferrum crebiò repetitis ductibus abradit ac

contrariarum actibus. IlluAre hujus praxeos specimen Juditha Hebraorum heroina fortiffima nobis ob oculos ponit; que debellando alium, demonstrat , qua quis arte vincat semetipsum; dum Holofernis vitia antevertit, ac virtutibus contrariis fele instruit; & superbia, snimi demissionem, ferocia mansue-

autpuffione, tentationum radice, five tatem gula, denique effronata libidi-

ni opponit castitatem. 1. Erenim Holofernes, devictis jam aut pra terrore ultro fese dedentibus reliquis urbibus, elatus, ac fastu tumidus exercitu centum & viginti millium peditum, & viginti duorum millium equitum circumfusus, extremam Bethulia perniciem intentabat. Jamque Sacerdotes Urbem hostis arbitrio submittere decreverant, nisi quintiduo auxilium è colo affulgeret. At quid generossissima juxta ac demississima Judith? Opponit illa velut clypeum inexpugnabilem , profundam animi demissionem : ait enim : Qui estis vos, qui tentatis Dominum? Posui-Stisvos tempus miserationum Domini? cap. 8. Non sie sed humiliemus animas nostras y exspectemus humiles consolationem ejus, & in spiritu constituti humiliato, dicamus flentes Domino ; ut fecundum voluntatem suam faciat nobis-cum misericordiam suam. Deinde ad alios demiffionis actus progreditur, fuam imbecillitatem agnoscendo, viribufque fuis diffidendo, & omnem fiduciam in solo Numine reponendo: Damibi, inquit, virentem; neque enim polit: sie vitium repetitis virtutum superbi ab initio placuerunt tibi; sed bumilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Deus colorum exandi me miferam, & de tua mifericordia pra-Sumentem. Exit hoc memoriale nominis tui, cum in manu famina dejeceris eum. En quot actus virtutum, tot velut arietes & catapultas ad fallum Holofernis labetactandum admovet. Neque unius humilitatis, fed & aliarum virtudinem , temperantiam & fobrie- tutum infigue specimen edit.

Pp 3 2.



2. Secundo enimerat Archistrate- que debellatis, civitatem, cum plus gusisteingenio ferox, irâ, furoreac vindicta inflammatus; qui, ur cap. 3. Judith legitur; nullis populorum fle-Achatur obsequiis: & quamvis Principes ac civitates obviam sponte procederent, cum coronis & lampadibus, ducentes choros, in tympanis & tibiis 1 ferociam tamen immanem pectoris ejus haud mitigare valuerunt: nam crivitates corum destruxit, & lucos succidir. At qua arte Juditha furorem hunc domuit? quâ rationetigridem hanc efferatam cicuravit ? Non alianifi mansuetudine, suavitate, & lenitate : verba lenia depromendo, sese ancillam, ipfum Dominum compellando, in terram le prosternando, atque adorando: Qua sum ego, inquiebat, ut coneradicam Domino meo? Et audiit: Invenisti graciam coram me. cap. 12.

3. Erat Duxille Affyrius, fædæ libidinis mancipium, ut paffim Affyrii: ideoque mox intuitu primo captus est in oculis suis. Verum ex adverso Judith fumma castimonia laude florebat, cilició que carnem fuam domabat.

4. Erat Holofernes, ventri & abdomini suo natus , temulentia perquam addictus, vino , fomnóque fepultus : jacebat in letto, nimia ebrietate sopieus, cap. 15. Sed in Heroina illa fumma elucebat temperantia & fobrieras; utpote, que nec vetitos ac immundos Affyriorum cibos degustabat, nec genio cum Holoferne indulgere fustinebat : atque hac ratione virentibus contrariis, contraria vitia antevertens, proftravit, victrix temulento caput acinace demeffuit, hoftibuf& gloria aterna, obfidione liberavit.

Quod Juditha in alio, unufquifqui in praxin redigat in femetipfo vitim quodvis, aut passionemindomitim autumet esse hostem summ & Holosnem fuum : Juditham vero rectamn tionem seu voluntarem gratia & fde armatam: cujus est hostium machine tionibus, viriliter fese opponere, af que armis contrariis elidere.

TO BE

di es

eft a riff a jift to whi O Por Sti tri

Unufquifque, ait S. Jacobus in Epil. C. I. tentatur à concupiscentia sus, ai. stractus & illectus. Concupiscentiere tem seu appetitus est pars inferioranima,ad quam paffiones pertinent, ca nos excecat, & a rerum coleftium a meliorum confideratione abstrahit ne ea cum rebus vilioribus, ad qui ipía nos allicit, comparemus, atquein abnegemus illa, quæ ipfi placent, sique ad meliora convertamur : ubi vero partem superiorem sic abstraxit, ipis ignescit suavitate rerum , ergaqua afficitur, & in quas ex natura fuz con ruptione fertur, juxta illud Apolioli Animalishomo non percipitea, qui funt fpiritus. 1. Corinth. 2. 14.

Huicigitur abstractioni mentis, & illectioni voluntatis, ac tentationi, u non cedamus, nec vincamur : anterntere oportet & illam concupifcentin priùs tentare, aggredi, & oppuguin armis mortificationis, antequam illi uos tentet. Quemadmodum Juditis ante conflictum cum Holoferne, k ipsam priùs tentabat, acperjejum, cilicia, orationes & ufflictiones praparabat, ne ullo modo ab illo trahentur & superaretur, quemipsasopenn mut. 81

revolentes reprehendebat;& fimiliter adpreces & jejunia hortabatur;ut non humana fiducia, fed divina niterentur. Imitari hoc conantur Tyrones,dum tyrocinii fui tempore, & in omni reliqui viti superbix febrim abjectis exexcitiis, itacundiam mansuetudine , propriam voluntatem, obedientia, siciviam corporis castigatione , gulam temperantià & abnegatione, sup-primere frangere ac debellare non demunt, Atque hoc iptum, quod defiderat fauctus Legislator; tentaciones anseverere, contrariifque armis subigere

n plum

cravit.

fquifqui vitim omitte

Holofer

Clamra.

& 6th

ere, eif

in EpiA

Jua, at

entiage

rior ani-

ent, qu

flium ac

ftrahit i

ad qui

nt, stqu

bi verò

tit, ipū

rga qua fuz cor-

postoli: ea, que

p. ntis, &

ioni, a

anteou-

centian

puguan uam illi

Judina

ne, fe

Hocigitur fit in Tyrocinio, atque etiampoltea continuum studium nofrum, li Holoferni, id eft vitio caput amputare cupiamus: & tentasionum ralices destructe, ex quibusillaidentidem propullulant. Atque hic confantia viriti est opus:neque enim uno alterove ichu res conficieur. Quid verò juvatalveum aliquoties exhaurire, fi foncem, ex quo aqua nova indefinenter featurit, non obitruamus ? Quidjuvar bium superficierenus abrumpere, bradicem pariter non evellamus ? Quid juvat , unum alterumve febris paroxyfinum fuperare, fi febrim ipfam calidam non curemus? Antevertere ergo oporter & pravenire, concupifcentiam agnatafque eidem passiones contrariis pereudo, ac destruendo : duo etim contraria eidem fimul inesse nequeunt, quin expulso uno , alterum

jejuna, nes pra-trahes-fuperate mure-Il Altera pars pugnet fira eft, in aggrediendis morborum noftrorum fpis

capiebat:Sacerdotesque Urbem trade- ritualium paroxysmis: id est, ut non nes turanfolum concupifcentia morbum, pra- rur conveniamus arque antevertamus ; fed trariis, iplos etiamparoxylmos, ac tentationes actu nos infeltantes aggrediamur, contrariifque armis perimere fatagamus: quemadmodum Juditha, non folum pravie fefe disposucrat, fed etiam actuali invitationi & rentationi resistebat, delicatas epulas cum Holo-ferne non manducando, sed viles secum allatas; non bibendo vinum, fed aquam; non se recreando cum hostibus, sed orando Deum seorsim, ac jejunando. Non absimilem tentationes jam præsentes retundendi methodum docuit Dominus S. Birgittam L. 4. Revelat. c. 4. Diabolus, inquit, est quasi canis venaticus, eurrens adte cum tentationibus & suggestionibus: sed si ei op-posueris aliquod durum, quo dentes ejus doleant, & obstupescant, mon resiliet à te. Quodnam verò est istud durum , quod diabolo aut concupiscentia tentanti objiciendum? Responder S.Bafilius in Regulis fusius disputatis, re-sponso 5t. Contraria contrariis superanda: luane gloria, inquit, abjedioribus exercitiis imponendis, futilem & otiofam loquacitatem filencio; immodicum fomnum vigilià & exercitiis orationum : segnitiem corporis laboribus suscipliendis gravioribus; edacitatem indecoram jejunio: murmurationem, a reliquis fe-

gregatione.
D. Basilio subscribit S. Ignatius, qui dura , id est contraria tentationi objicienda hortatur: 1-ut fi quis ad fuperbiam propenfus cernatur, aut actu infesterur , ad humilia opera confu-

giat, quæ superbis dura videntur & gravia. 2. Si quis carnis blandimentis ac titillationibus le infestatum fenterir;asperitatem vestium,cibi potúsque parfimoniam; aliáfque corporis affli-Clationes adhibeat. 3. Si quis ad vanam fui, talentorúmque fuorum complacentiam, aut ad aliorum despicientiam impellatur, feipfum profundiffime, in nihili fui abyflum deprimat; & omnium nequissimum esse arbitretur. 4. Si ad indignationem, ob reprehenfionem aliquam, aut aliam quamvis existimationis sua lasionem, commoveri fe fentiat; heroicos despicientia fui actus eliciat, fe omni honore indignum, omni vituperio dignissimum habeat, f. Si ad vindictam, de eo, à quo læsus est, quoquo modo sumendam incitetur ; in ardentes fraternæ charitatis actus erumpat, eum ceu Dei filium, membrum Christi, Sponsam Spiritus fancti, & SS. Triados imaginem, brachiis dilectionis complectatur, optando illi omnia vera bona, nulla omnino mala , cum defiderio, multo indigniora ab eo patiendi, & fi opus foret, mortem ipla oppetendo, amore Domini nostri JESU Christi. 6. Si ad impatientiam, actus abfolutifmæ refignationis, fi ad blafphemiam, Deilandes; fi contra fidem, fidei actus, arque ira in allis, contraria contrariis retundat.

Quo autem certaminis hujus praxin clarius adhuc peripiciamus non abs re erit, eam Christi & Sanctorum exemplis illustrare. Matthæi c. 4. Sathanas Redemptorem terno assutu impetiit, sed totics telis contrariis repercussus abscessit. In primo impetu luggere bat : Die nt lapides ist paves fiancen tentatio hac de carne pascenda : h quid remedii opposuit? Amoreme rum spiritualium, verbi divimpse. lum. Non in folo pane vivit home, fra omni verbo , quod procedit de ore Do In altero impetu tentabat vanitate gloria inani, inquiens : Mitte trais Jum, Angelis suis mandavit de n. h. que ita illis te in lapfu cadentement. pientibus, honorem & plaufumifis Autoribus referes : at qua ratione m perum fregit? extraordinaria&in lita declinando, non se deorsumpo cipitando, fed vià ordinarià per fall rum gradus descendendo. Temis fultus erat, ambitionis : bac omniam dabo. Quo autem scuto telum horn pulit ? Humilitate, subjectione, atratione Dei : Dominum Deum tun adorabis Gillifoli fervies. In ommin ergo his conflictibus, arma contrata contrariis opponendo, modumos tra tentationes dimicandi nos de

Haud absimilem discipulorum no boscurandi methodum Salvatorum pavit. Venerat com illis Capharam & cum scientia plus quam banna cognovisset cos ambitionis cupida actos in via disputasse : Quit som videretur esse major. Matth. 9. Dismulavit, donec venissent donum quando eos ad se vocatos suavitem gat: Quidin via trastabatii ? àbili tacebant: nimirum miseri antesse deprehensos, rubore sustantiam tesse deprehensos, rubore sustantiam identicam tesse desprehensos, rubore sustantiam subuit contrariam; & toto illosum

abenu

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ambit primas , oftendir omnium fore postremum : & puerulo in medium producto, dixit: Amen dice vobis, nist conversi fuericis & efficiamini sicut parvuli , non intra-biti in regnum calorum. Et si quis oult primus esse, erit omnium novis-smus. Es qui se bumiliaveris, sicut paroulus iste , hic est major in regno calorum. Ita non minus fuaviter , quam efficaciter , ambitionis morbo medicinam contrariam applicuit & fanavit.

fugger,

nda : 4

noremn

ini pah

mo, fran

e are Do

anitatele

le so. As

temeno um life

tione in

ia & info

rfumpro

per fall

omniam

m hoc m

one, eds-

NIN III

omnibu

contraria

dumo

nos de

rum Mor

atoruir harnain a humu

cupidite

9. Diff.

domis

avitern ri nomi inffali ov

am idi

Hos cuit

abenun

Pari methodo correxit Joannem & Jacobum Apostolos : qui dum transirent per Samariam ; & à Samaritanis inurbane ex oppido ex-cluderentur, injuriam senserunt: & memores facti Elix ignem è cœlo evocantis, & Quinquagenarium extinguentis, vindictæ cupidine acti ad Dominum ajunt : Vis, dicimus, ut uni de calo descendat & consumation. Luca cap. 9. 54. Sed Dominus increpavit eos: Nescitis cuvini animas perdere sed salvare : zelo vos agi creditis, sed vindictam spiratis; parum in schola mea profeciftis lectionémque de mansuetudine & patientia toties inculcatam nondom allecuti eltis.

Sancti, qui vel in se vel in aliistentationes contrariis extinxerunt. S. Benedictus, tentatus à carnis ille-

sberrare docuit : eum enim , qui annectit : Ur per curis vulnera , voluptate in dolorem trasta, a corpore, vulnus mentis educeret. S. Franciscus gelu & nive carnem cum vitiis & concupiscentiis perdomnit , teste S. Bonaventura in vita cap. s. S. Bernardus in lacum, tempestate perfrigidà , infiliit, in coque, collo tenus, immersus usque eò constitit, ut exanguis & tantum non congelatus, omnem libidinis calorem extingueret. Simile quid præssitit S. Ignatius Parisis, ut impudicum juvenem à libidinis æstu absterre-ret , teste P. Ribadeneira L. I. vitæ cap. 2. Idem P. Nicolao Bobadilla uni ex decem primis fociis, petenti, ut liceret ex angusto & incommodo cubiculo ad aliud laxius migrare, renuntiari juffit; ut potiùs in angusto illo cubiculo reculas suas ita aptaret, ut pro duobus aliis accessuris locum faceret. Libens acquievit Bobadilla. Nimirum paupertatem fugienti S. Pater dare voluit occasionem paupertatis ma-jorem . & morbum contrario fugavis. R. P. Joannes de Abetodo Hi-fpanus, Ecclessastes Apostolicus; quando à viris prima nobilitais honor ei exhibebatur; ad cum avertendum objiciebat : an nescirent, cujus ipfe originis, ex infami & per-Christum Dominum imitati sunt fida Maurorum gente foret ? Morti jam proximum damon visibiliter apparens stratagemate & telo vanæglorixaggressus, enumerabat tot ejus cebris, in praacutis se volutavit per omnem vitam in Dei & Ecclesia vepribus, quod S. Gregorius Lib. causa labores & merita. Cui ille, al-1. Dial. cap. 2. refert, caulamque ta, quam omnes aftantes percepère 29 voce:



305

voce : Quid ais miser ? Cur non po- stitiam. Deinde insurgentibus patius in memoriam revocas vilitatem roxysmis, eosdem quoque comme mei generis? Cur non inculcas pariis retundamus; exemplo Chris rentes meos pauperes arte fabrili Domini , aliorumque Sanctoren, vitam sustentantes ? Quo audito, disparuit Tentator, & Pater placidiffima morte defanctus est Hispali anno 1578.14. Maji, Tannerus in

Soc. Apost imitat pag. 159.

Quapropter Chariffimi 5 dictum
S. Ignatii confilium vel ab ipso Tyrocinio adhibeamus, tam in ipfis animi morbis, quam in paroxyfmis eorum , per contraria curan-dis. Et quidem primo morbos, & radices tentationum, id est, vitia & paffiones anteverrere studeamus; exemplo Juditha, & superbiam humi-libus exercitiis continuis, iram manfuerudine, libidinem asperitate, gulam temperantia, vanam gloriam contemptu, odium charitate, timosem magnanimitate, hilaritate tri-

riis retundamus ; exemplo Chris voluptatem dolore, inanem ga-riam demissione, calorem friçore domando atque expellendo. Tento mur contra fidem , fidei adumenciamus; contra mifericordiam, exerceamus spem; irruit spiritus ba, sphemia, laudemus Dominum Dem nostrum, suspiciendo, magnificado, & glorificando eum in omnibu judiciis, operibus & permificanbu fuis. Atque ita contraria contraria facile, felicitérque curabinus, à cum Judicha Holoferni flygio, a

concupiscentiis, ejus fatellin. bus, caput generose anpurabimus.





REGULA